

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **D. Friedrich Eberhard Boysens Philologische Bibliothek für die niedern Schulen**

**Boysen, Friedrich Eberhard**

**Quedlinburg, 1766**

§. XXXVII

[urn:nbn:de:bsz:31-263854](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-263854)

§. XXXVI.

**בלה** p. 124. a radice inusitata **בלה** apud Arabes **בלה** *focors, incurius fuit, et לה* mente turbatus, differt, quatenus hæc habet tertiam radicalem **ה** per *Mappik*, mobilem, illa autem quiescentem. Apud Arabes autem *atterendi et consumendi* notione in radice **בלא** est, *duro modo tractavit, adflixit, quid. Res enim ita tractata atteritur, et multo usu consumitur.* Metaphorice significat *deficere viribus, uti sumitur Pl. XXXII, 3. Gen. XVIII, 12.* Ad vocem **בלו** p. 125. addatur, eam *doni* significatum habere lociscitat. posse, sensu verborum illum quoque admittente. **תכלית** *consumtio sui, attritio sui est Est. X, 25.* **כלי** vero *consumtum, attritum quid, res absens ab altera, cui adhæserat, quali usu detritum.* **כליעל** *destitutus facultate utilitatem adferendi, nullius utilitatis, damnum inferens, λοιμὸς, pestis, Pl. XVIII, 5. ubi videtur cacodæmonem designare, quia cum morte in eadem classe ponitur. Sic בני כליעל Deut. XIII, 14. sunt homines noxii.*

§. XXXVII.

P. 126. **בלל**. Hæc radix ejusmodi *confusionem, et mixtionem rerum* significare videtur, qua res diversi generis inter se *separatæ* conspiciuntur, licet *permixtæ*. Sic cum deus Gen. XI. *linguas confunderet, ita inter se permixtæ* erant illæ, ut separari etiam in *diversas gentes* viderentur. Ita  
 2. Stück. pabu.

*pabulum mixtum* בָּלִיל dicitur, quod ex diversi generis rebus constat, quæ facile visu dignoscuntur, ac separatæ videntur. Sic humor ac mador a re humida et madida, qua cum commistus est, separatur exprimendo.

## §. XXXVIII.

P. 127. בָּלֵס Apud Arabes בָּלֵס in Conj. III, est *depastus fuit grex*, in Conjug. I. *parum habuit, inops fuit*, ut aliud arabicum פָּלַס *inops fuit*. Hinc Amos VII, 14. בָּלֵס שִׁקְמוֹם verti potest: *depascens sycomoros, vel inops sycomoris*. LXX. κνίζων συκάμυνα, *carpens moros*.

## §. XXXIX.

P. 128. בָּנָה *struendi et exstruendi*, ut et *condendi* significatus, latioris sunt extensionis, quam ille *ædificandi*, et tamen radix hebræa omnes illos sibi vindicat pro diversa rei substratæ conditione. Significatus autem *condendi* et *creandi* propterea observandus est etiam ex arabismo, quod nomen بَنَى etiam *rem creatam* designare potest, ut ex loco Job XXXVIII, 7. probari potest, sive per בני אלוהים intelligas *angelos*, sive generatim *omnia dei opera*. Loco enim citato σύσσιχος sunt τοῖς כוכבי בקר *stellis primum splendere incipientibus*: quæ quemadmodum ad *grandia dei opera* in mundo producta referuntur, ita negari non potest, per בני אלוהים generatim *opera dei stellis similia*, e. g. *cometas varii generis, stellarum admirandas congeries, earumque fixos ac vagos*